



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Cavssa Helvetica Orthodoxae Fidei

Murner, Thomas

Lucernae, 1528

VD16 M 7034

D. Oecolampadivs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29525

CONCLUSIO TERTIA.

per suam misericordiā & intercessionē laudatissimæ reginæ
Mariæ, deus nouit quid eorū sibi sit acceptius. In uno tamen
dñs meus doctor me est audatior ostendens hanc esse oratio-
nem deo acceptiorē, quā inuocat deus obliuione oīm creatu-
rarū, sicut ego fecisset, neq; præsumpsisset hoc scire quod ne-
scit, spiritui sancto non contradixisset, qui per Iacob patriar-
cham formā dedit orationis, Gen. xlvij. ubi Iacob sic dixit,
Deus &c. benedicat pueris istis, & nomen meū inuocet su-
per eos, & nomina patrū meorū Abraham & Isaac &c. Quod
autē in nostris orationibus non sint obliuiscēdæ oēs creaturæ,
ostēdit magnus dei amicus Moyses, qui cū deo loquutus est,
facie ad faciē, sicut loqui solet homo cum suo amico, & ita ora-
uit Exo. xxij. Recordare dñe Abrahā & Isaac & Israel seruoꝝ
tuorū &c. Si igit̃ hī ueteris testamēti in eorū deuota oratione
non sint oīm creaturarū oblitī. Quare nos probī Christiani,
sicut ab initio nascētis ecclesię est factū deū non moneremus,
ut nos exaudire dignaret̃, & recordari suæ dilectæ genitricis
Mariæ, suorū dilectorū sanctorū & electorū. Quod de Iob ait
suis scilicet amicis non fuisse præceptū, Iob inuocare ut inter-
cessorē, satis mihi est doctorē fateri deo fuisse acceptā oratio-
nem Iob pro amicis suis, quā & hic textus etiā primū potēter
probet. Namq; misit illos deus ad Iob. Ite dicēs ad seruū meū
Iob, & ipse pro uobis rogabit, quare ergo nos tā essemus con-
trarij, & ire recusaremus ad matrē misericordiæ Mariā, ut &
ipsa p nobis oraret. Ideoq; uos dñe doctor suppliciter rogo,
quia cōclusioni meæ, & intercessionī sanctorū aduersamini,
longos sermonū circumitus uitare uelitis, & iam tandē semel
ad scripturas manus extendere, sine em̃ uerbo dei & sacris li-
teris nō sum uos auditorus, neq; uobis respondebo, neq; cre-
dam, huc scripturas adferte, scripturas inq; exposcimus.

D. OECOLAMPADIVS.

Dilecti Christiani cōquerit̃ D. Eckius me nullas induxif
se scripturas, ita scilicet faciendū est, quū qs contemnit̃,

Z

COLLATIO XLII.

ideoq; & scripturas enumero. Primo inducta est epistola ad
 Timoth. ij. cap. de unico mediatore, cui adhuc nō est satisfac-
 tum, quīs em̄ pro inuicem rogamus, rogamus ut hij qui si-
 mul in eadē necessitate irrhetimur hic in terris. Ignoscite que-
 so mihi grossum sum daturus exemplū. Simel̄ nequam pro
 inuicem rogarēt ante regem quempiā, si hij etiā merito inter-
 cessores nominarent & mediatores? nunc uero omēs peccā-
 tores sumus ante dñm deū, unicus tantū est iustus Christus,
 sicut & Christus ostendit in epistola Iohannis, ideoq; & illic
 nomen iusti ponit. Iohannes enim sic ait. Sed & si quis pecca-
 uerit, aduocatū habemus apud patrē, Ihesum Christū iustū,
 hoc uerbulū iustū, nō illic ponit sine causa, sancti autē in caelo
 orationes eorū hic in terris fecerunt pro cōmuni catholica ec-
 clesia, sicut ecclesiae membra, quae ipsoꝝ oratio cum eorū cha-
 ritate constans est, nulla est hic inuocatio, quantum nobis ex
 scriptura cognitū est. Tertiū dictū extractū est ex epistola ad
 Hebr. uerū & tota epistola nos illac dirigit, quod Christū ut
 nostrū pontificē cognoscamus. Quarto induxi Matthaeū vi.
 Christū orare docuisse Pater noster, circa quā orationē non
 aberrabimus. Quinto dictū induxi, Matth. xi. Venite ad me
 omnes qui laboratis. Sexto audistis Christū nos ad se uocā-
 tem, sicut ad panem uitae, ad fontem aquarū uitarū, ad uerū
 sponsum, quod nihil aliud est quā scripturā, adhuc elamitat
 quasi uacuis essem oīm scripturarū. Adhuc tamen & alias ad-
 portabo literas, Ihere. xvij. Maledictus omnis qui carnē por-
 nit brachiū suum. Matth. iij. Dñm deum tuū adorabis & illi
 soli seruiēs. Iohan. xvi. Quumq; patrem petieritis in meo no-
 mine dabit uobis. Iohan. xiiij. Nemo ad patrem uenit nisi per
 me. Iohan. x. Ego sum hostiū, & xv. Ego sum uia ueritas &
 uita. Et quid dicā, totae enim scripturae ad Iesum nos dirigūt.
 Quid ergo aliud praedicemus. Nunc mihi neq; necessariū
 est scripturas & ratiōes doctoris Eckij soluere, quippe quod
 ille absq; fundamento ad suā conclusionē firmandā cōtracta
 sunt.

CONCLUSIO TERTIA.

sunt. Ecclesiæ ratione sapius nos resoluius, quod propter eius sermones ab ecclesia nō simus exclusi, duramus em̄ apud dei uerbū. De miraculis dixi, quod illa iam difficulter & cum periculo probantur, sed & dæmon ipse sua ducit fantasmata. luxtaq; differentiā ostēdi, quā non eo trahere debebat, quasi aliquid ego fuerā diuinæ maiestati & omnipotētiæ detracturus. Ipse tamen met confessus est non om̄ia miracula iusta & recta esse. Hæc enī recta sunt & uera, quæ dei honorē & suū honorē confirmāt. Quare quū deus legem per Moysen dare uolebat, magna cum eō miracula faciebat. Similiter & in datione nouæ legis dñs miraculose egerat, quā tamen eiuscemo diuirtutē sancti deo ascribebāt, sicut in scriptis apostolorū habemus iij. dixit Petrus. Quid de hoc miramini, aut qd in nos respicitis, quasi hanc nos mutationē & miraculū fecerimus. Quamuis em̄ Heliseus miracula fecerit, non tamen post eius mortē fuit inuocatus, quod hic probandū expediret. Vbi uero miracula fiunt contra dei honorē, aut aduersus uerbū suū, ex deo non sunt, quorū multa & antichristus operat, & facturus est, sicuti est quū ex eo homo in fide infirmior reddit, deū aestimans in uno loco cæteris locis clementiorē, aut quod suā uirtutē imaginibus infuderit, unde etiā multæ inutiles peregrinationes sunt ortæ, licet apud easdē multi hominū se met consolati sunt. Opus aut̄ eorū, quum ex fide non fluxerit, bonum censerī non potest. Sæpe etenim cōtingit deum ob peccata hominū permittere falsa miracula tardissime manifestari. Ultra aut̄ quod eorū cōmendat humilitatē ad sanctos confluentiū, & de nobis qui in solū Christū speramus, dicit quasi inuerecundos nos esse & præsumptuosos, nec Christiane humiles. Dico nō minus humiles esse posse, quum in solū Christum fiditur, quā si etiā alij petant̄ intercessores. Et quilibet quo plus Christū cognoscit eo fit humilior, & e contra, quanto quis humilior est, Christūq; cognoscit, cum maiore consolatione ad Christū uenit, altera uero humilitas defert secum

COLLATIO XLII.

fidei defectū. Quod autē dicit Christū nos habere pro nostro patre. Ita dico, & quare hoc non faceremus, quum nos fratres suos nominarit, patremq; cœlestē & deum nostrū patrē, hoc a fide esset descilere & a fiducia. Præterea nos pl^o sanctis tribuimus in terris quā hijs qui in cœlis sunt, tam & si non doceamus eos inuocare, pro illo enim non sunt scripturæ, multo enim maiorem habent feruentiorē charitatē, admittimus quoq; ut orent. Sed ne quid periculi sit, & ex alijs causis uilius nobis est ad deū dirigi & conuerti. Talis autē non est cura trepidatio, quum proximū rogo ut pro me oret, sicut uos dicitis, qualis est apud defunctos, hoc enim ubi esset, merito & ibi abisteret. Alterū doctoris sermonem quū dicit se etiā ad aliū diciturū proximū uade ad Christū, Christus tibi sufficit, optime scio Christianū amorē habentē hoc non diciturū, charitas equidē illū orare docebit, uno enim membro agente, alia sibi membra cōpatiuntur. Ipse uero quod ad eiusmodi inuocationē adhortat, uobis censendū relinquo, ne uilius sit ad eum dirigi, qui illud præstare potest, cuius apud nos est uoluntas, qui promisit, quam ad aliū quempiā, apud quem huiuscemodi conditio non reperit. Ultra æstimat doctor Eckius hoc nō esse fidei derogatiuū apud defunctos, sed seipsum docet, nunquid hic maiorē in suū dñm fidutiā reposuit, qui met dñm adgredit, quam is qui alios ad se seruos assumit, & si non æstimarim etiā apud ipsos imperfectiōis quidam reperiri. Inducit etiā Christū Mariā honorasse ut matrem suam uenerandā, & non fuit hoc derogatiuū diuini honoris, optime mihi placet ut bene ueneret, sed eo solo honore nobis a deo demandato, ut scilicet Christus in eius uirtutibus laudetur. Quod autē honor dei cōmuniter apud simplices postponat, eo apparet, quum pro sancti alicuius honore petitur, petiti concedit, & quum pro dei amore petitur, is non exaudit, sapius hoc sit. Recognosco tamen atq; cōfiteor sanctorū beatitudinē inenarrabilē, sed ad hoc non consequi, ut ille

CONCLUSIO TERTIA.

ille honor eis impendat, qui solius est Christi, & qui nos ad Christum ducit. Quod autem templum ædificatum fuerit in honore sancti Petri, certas non habemus historias, alioqui in uita sua se ut deum adorari non fuisset passus, sicut nec Paulus neque Barnabas hoc passi sunt. Ex ueteri lege ultra de Moise ait, quod intercelior fuerit nihil hoc probat pro defunctis. Liber Machabæorum quia dumtaxat propter martyrum exempla acceptatus est (diuo Augustino met testificante) sino eum in suo ualio remanere, quum alioqui somnium nihil probet. Etiam si pro uera uisione reputaret, potuit in hoc somnio Onias figura fuisse Christi, sicut & in alijs plerisque somnijs & uisionibus. Sed & sua æstimatioe fortes & efficaces inducit scripturas ex xlvij. cap. Genesis, ubi habet iacob dixisse nomen meum inuocet super ipsos, & nomina patrum meorum Abraham & Isaac, si autem sermonis conditione cognosceret, non hæc dicta in lucem proferret. In ueteri namque lege, nomen alicuius super aliquo inuocari, tamen est, quasi eiusdem sit generatiois, Esa. iij. cap. ibi dicunt septem mulieres quæ unum apprehenderunt uirum, panem nostrum comedemus, & ueste nostra operiemur, tamen nomen tuum super nos inuocet. Hic adparet inuocare ad orationem non pertinere, sed mens est ut is uir eius sit, & ipsa suo nomine nominetur. Sicut & Hierem. xiiij. habet. O domine in medio es nostri, & nomen tuum inuocatum est super nos, hoc tamen est quod populus dei nominatur. Sic etiam dictum Genesis intelligi oportet, non enim iacob patriarcham inuocarunt, iacob patriarcha ora pro nobis. Ultimo dicit Moisen Exo. xxxij. orare. Memento Abraham Isaac & iacob, magna est in deum confidentia, memor esse foederis & promissionis Abraham Isaac & iacob factæ, quauis ad huc non sit tam audax Moises ut dicat Abraham ora pro me. Sicut igitur hij ueteris testamenti deum ut eorum recordaret, monuerunt per Abraham Isaac & iacob, sic & nos deum monere debemus per Christum Ihesum, in quo reconciliationem habemus ut foedus cum patre cœlesti, hoc iam ad illa responsum sit.

D. ECKIVS.

In nomine tuo dñe Ihesu Christe, Amen. Ante hac quādo dño meo doctōri supplicauerā, ut noua adferret scripta, hæc scripta putarā per me non prius soluta, ibi iactāter sex scripturarū loca induxit, ad nostrā propositā causā deseruientia, quasi risu quærat, quis huc accedit. Verba Pauli renouat ad Timothæū, quæ tamen potenter scripturis declarauī & exposui, quod sanctorū intercessionēs non impugnant, ibi manere sino. Ad suū tamen grossum exemplū de nequā nebulonibus. Dico nostrā terrā morem esse, nihil cum nequā nebulonibus testificari. Ego illi per Moīsem proposui, qui pro populo orauit, & Iob pro amicis, & erant hij meliores peccatorib⁹ pro quibus orabant. Quamuis etiā scdm̄ eius grossum exemplum, nequam unus pro altero quiddā impetrare possit, & oporteret eum nihilominus fateri intercessorem. Neq; deus semper proborū intercessionēs respicit, quum alij præ maiore malitia gratia non sunt digni, sicut dñs ad Hieremiā dicit xv. Si steterint Moīses & Samuel corā me, nō est anima mea ad populū istum, hic textus efficaciter ostēdit intercessionēs sanctorū. Quod ultra doctor dicit, etiā & beatos habere diuinum amorem, sint tamen extra angustias, ideo & illos inuocare non debemus. Hic perpendite queso probi Christiani, quale nobis hic decoquit intricatū pulmentariū. Sancti etiā in Christo membra sunt, etiā & ad nos fraternā habent charitatem, rogantq; pro nobis, uellentq; nos ab angustijs liberari, sicut & ipsi liberati sunt, & nos eos inuocare nō debemus. Nunquid hæc grossities esset siue rusticitas, & contra omnē rationē, quod amicos tam bonos, & ad seruendū nobis tam beneuolos haberemus, & nō inuocarem⁹ eos pro seruitio, hoc qui libet ponderet probus homo, quomodo hoc sibi licere putabit. Grande festū fecit nos apud dñm deum habere ad uocatū iustū Ihesum Christū, quis ei in hoc aduersatur, quis Christū pro aduocato habere recusaret, sed in qua nam scola didicerunt

CONCLUSIO TERTIA.

didicerunt. Si Christus aduocatus sit, ideo & sancti aduocati
 & intercessores esse non debent uel possunt, quum utrumq;
 simul stare potest. Ideoq; & omnes credimus Christū nostrū
 aduocatū & gratiā esse, sicut doctor inducit epistolā ad Heb.
 Ad quod firmandū addo Paulū ad Ro. v. & c. Hic aut argu-
 mentum facit ex calibe fabre factū, Matth. vi. quod orare de-
 beamus, Pater noster qui es & c. ideo & sancti non sunt inuo-
 candi. Videte quē probi fideles, quibus uos conant abstra-
 here a sanctorū inuocatione sine ullo fundamēto. Quid nam
 hoc ualere potest, Christus nos docuit orare pater noster, er-
 go orare non debemus Aue maria, adapta te forular. Quādo
 ergo adimplebit Mariæ prophetia Luca i. Ecce enim ex hoc
 beatam me dicent omnes generationes. Aliud quoq; pulchrū
 habet argumentū, Christus ad se uocat oēs oneratos Matth.
 xi. ideo sancti nō sunt inuocādi, at ego reor non multū Chri-
 sto abesse, qui ad sanctos adpropinquat. Nisi non sit uerum
 quod dñs Ihesus ait, patrē suū cœlestem precatus, ut ubi ipse
 sit, illic sit & minister eius. In summa per sanctorū intercessio-
 nes speramus atq; desideramus ad Christū uenire, permaneo
 ut prius est scriptū. Post hęc Iheremiā inducit xvij. qui ut illi
 deseruiat corā simplici uiro, incurrat & abscindit illū, ego ue-
 ro eum totū in lucem ponā, ita em̄ habet. Maledictus homo
 qui cōdidit in hōmine, & ponit carnē brachiū suum, & a dño
 recedit cor eius. Attēdite uos probi hoc nulla uia sanctorū in-
 uocationes reprobasse, sed maledicit̄ homo cuius cor a dño
 recedit, quod tamē in nobis Christianis non est, qui ob id san-
 ctos inuocamus, ut cor nostrū cum deo uniat̄. Ultra inducit
 Matth. iij. Deum tuū adorabis & illi soli seruias, ideoq; non
 uult ut sanctis seruiamus. Dico dñm doctorē bene scire quas
 leibi uerbū habeatur grēcū latrefsis scilicet, quod cultū sonat
 soli deo debitum, quem a Christo diabolus ipse exposcebat,
 quod a sanctis longe absit, non enim ignoramus oēs sanctos
 non esse deos, sed dei amicos, ideo & illos inuocamus tanq̄
 dei

COLLATIO XLII.

dei amicos. Post hæc Iohan. xiiij. Nemo uenit ad patrem nisi per me, uerum est, sed neq̄ dilecti dei nos aliam ducēt uiam quā ad Christū, iam neq̄ hoc sanctis aduersum. Ego sum uita ueritas & uita &c. ibi Iohan. xiiij. non xv. Sic etiam Christū esse hostiū, Iohan. x. Male fidunt in sanctos, pars aduersa, timentes sanctos nos per aliud hostiū ducturos, quā per Christum. Non, non, probiores enim sunt sancti, plusq̄ nos diligunt, suntq̄ deo acceptiores, ut nos per aliud hostiū ducerēt quā per Christū, inducit uerba Christi Iohan. xvi. ut in eius nomine petamus, quasi in nomine Christi non peteremus, quū sanctos inuocamus. Pars aduersa nobis Christianis impingit, quasi omnē spem nostrā in sanctos collocatā haberemus dñm Ihesum uel negligēdo, uel certe in locū quempiam seponendo, scientes se nobis iniuriā irrogare, nouerunt inq̄ ecclesiæ consuetudinē, qualiter collectas & de sanctis orationes claudit, per dñm nostrū Ihesum Christū. Iterū uult Christum totum esse & omnia, quod illi non grauatim concedo, si & ipse confiteretur sanctos nobiliora esse Christi membra. Aegro fert animo sanctorū miracula dicens nos cognoscere debere uera miracula sola fieri ad dei & fidei honorē. Respondeo horū procul dubio multa fuisse facta per sanctos, quāuis hoc uerū non sit, miracula solū eam ob causam fieri, sed deus per suā misericordiā quandoq̄ multa facit miracula in fidelū consolationē, & gaudiū cordiū desolatorū. Hoc aut̄ licet probis cognitū sit, sciētes sanctos multis adiutorio fuisse per eorum inuocationē in maximis angustijs constitutis, exsuperabundantiam tamen & hoc scriptis probabo Act. ix. Quando Christiani & uiduæ Petrū circumstabant ostēdentes uestes quas illis Dorcas in consolationē fecerat, & in pauperū subleuamen, resuscitauit illam Petrus per suas orationes ubi beneficium Christianos non sine medio pro Dorca orauisse, sed per diuini Petri inuocationē, quamuis mendicus erat, probus tamen erat & non nequā, sicut doctoris grossum exemplum sonabat

CONCLUSIO TERTIA.

sonabat. Argumentum meum adhuc (ut petra) stat firmum. Quum miracula fiūt in sanctorū inuocatione, non potest dicere doctor omnia per dæmonis uersutiā & phantasmata fuisse facta, sat ergo mihi est, aliqua uera miracula fuisse facta, quæ efficaciter sanctorū ostendunt inuocationē, sicut heri ex Marco probatū est. Alioqui per suā omnipotentiā deus probos Christianos per miracula seduxisset, decepisset, quod a Christiano corde longe sit alienū cogitare, Helisæū non induxi quasi fuerit inuocatus, sed per hoc potēter obtinatur, si Helisæus iam mortuus, mortuū suscitauit nō rogatus, quanto magis nobis credendū est, etiam & nostros sanctos facere miracula per nos non rogati. Vult doctor contra ordinatiōnem & usum totius Christianæ ecclesiæ, quod deus uel sancti non plus in uno loco honorentur quam in alio, sicut fit in heremitorio diuæ Mariæ & in Loreta &c. Audio quidem eum dicere, sed scripturis probe intellectis nunquā hoc probabit, hoc opus ex fide uenire negat. Nunc libenter audirē, uel unū qui in Aquisgranū peregre proficiscit, uel ad heremitoriū diuæ Mariæ ad uirginē gloriosam absq; fide, si non credit non ibit. Plane uideat quā Christiani noui ad ecclesias ire contendunt, Gen. xxvii. mirat̄ Iacob de loco ubi iacuerat dicēs. O quam metuendus est locus iste, hic non est aliud quā domus dei & porta cæli. Exo. xxiiij. ostendit̄ quod ter in anno celebrandū fuerat festū, Christus met ipse specialiter sapius in templū uenit, contestatus domū esse orationis, Vult ne his temporibus nulla magis haberi differētia inter ecclesiā & tabernā, ut non sit locus unus altero prastantior. Apostoli ascenderūt in templum ad horā orationis nonam, & met ipse deus suā omnipotentiā in miraculoꝝ operatione, in uno loco plus ostēdit quā in reliquo. Hoc si quis negaturus pergat, necesse futurū ut uniuersus orbis illi mentiat̄. Dixi peccator ex humilitate ad deū ire non audens sanctos inuocat, hāc humilitatē parui pendit apud nos dñs doctor, Ego uero dico scripturas docere, quod

COLLATIO XLII.

& dicitur Paulus ad Hebræos renouat, deum scilicet esse igne
 cōsumentē, quare nō immerito nobis timemus ab hoc igne,
 ideoq; & sanctos ut mediatores inuocamus. Iterū doctor cō-
 cessit sanctos pro nobis orare, & quemadmodū nunc dicit,
 quod illud nūq; abnegarit. Libēter igitur audirē quo nam
 modo hoc simplicib; Christianis propositurus esset, sanctos
 pro nobis orare, & nos eos inuocare non debemus, nosq; in-
 gratiores sanctos pro eor; intercessione henerari non debe-
 remus. Adhuc unum scire cuperē, quū pro nobis sancti orēt,
 quare ipse cum suis nouis predicantibus in Basilea reliques-
 runt cōmunē Christianæ ecclesiæ ordinationē, & expressiōe
 inuulgarunt nouā ordinationē, in qua litaneā abrogarunt,
 qua Christiani utuntur, Sancte Petre ora pro nobis, Sancta
 Maria ora pro nobis. Illud quomodo se adaptabit dilecti pro-
 biq; Christiani, Mariam & diuū Petrum pro nobis orare, &
 in ecclesia dicere non deberemus, Sancta Maria ora pro no-
 bis deum, hoc presentibus auditoribus & futuris lectoribus
 cognoscendū relinquo. Aestimat hunc Christianū amorem
 non habere, qui proximo diceret, necesse nō habes ad me re-
 currere, ut pro te orem, met ipse Christū absq; medio depre-
 ceris. Dico & me sic uelle. Si enim potest homo peccator in
 terris ex Christiana charitate cum parua gratia pro me orare,
 quanto plus dilecti sancti, qui & ipsi membra sunt Christi,
 plusq; ad nos fraternā habent charitatē, etiā pro nobis orant;
 sicut angelus pro Iudaico populo sibi cōmissio orabat Zachari
 dicens. Dñe exercitū usq; quo tu non miseraberis Iherusalē
 & urbū Iuda. Si hoc cōmunis facit angelus pro toto suo po-
 pulo, sicut & Daniel ostendit, quare non cuiusq; hominis an-
 gelus etiā pro eo deum oraret. Nunc autē angelus beatus est;
 quare sancti beati nobis sunt proximiores, fratres etiā pro no-
 bis orant, quando eos inuocamus. Similitudinē attulit seruū
 hunc suo dño plus fidere qui met eum rogat, quā ut alium ad
 eum mittat. Dico si seruus inimicus esset dñi, reputarēt plus
 iustis

CONCLUSIO TERTIA.

iusto audacior & temerarius atq; presumptuosus, ut merito
 dñs dicere posset, nequā quur te auides oculis meis presentas
 re. Quare aliquñ bonū & necessariū est quærere mediatorem,
 dñs em̄ hos petit, & tales mediatores, quod ut uerū sit scriptu
 ris p̄bo, Ezech, xxij. Et quæsiui de eis uirū qui interponeret
 sepem & staret oppositus contra me pro terra, ne dissiparem
 eam & non inueni. Hic deus mediatorē exoptauit ex populo
 & non inuenit eū, p̄pter eorū iniustitiā. Nos aut̄ quia dilectos
 sanctos inuenim⁹ dei amicos, quare eos excluderemus. Qua
 liter aut̄ Maria in deo honorat̄, apud hesteria dicta p̄maneo.
 Quod aut̄ ueniens Picardico utit̄ argumēto, q̄a plaricq; men
 dicis dant ob sanctorū honorē, qui illis non essent daturi ob
 diuinū amorē. Respondeo nullū abusum sum ego p̄baturus.
 Non tñ credo in uniuerso orbe unum ex Christianis tam esse
 stultū, quū uel dat uel aliquid facit ob alicuius sancti honorē,
 eius non esse præcipuā mentē uel intentionē ad diuinū hono
 rem illud impēdisse. Qui em̄ ob sancti dat honorē, idem hoc
 dat ob diuinū amorē & honorē, qui dñs est & coronator san
 ctorū. Reuoluitq; se doctor in dicto Machabeorū, dicens Au
 gustinū fateri hunc librū ab ecclesia receptū, quippe quod in
 eodē aliquorū martirū passiones describant̄. Hic ego causas
 non quæro ob quas liber quisq; receptus sit. Satis mihi est ec
 clesiā hunc librū acceptasse pro sacris literis, ideoq; & ualere
 debet. Ad hoc respondere conat̄ somniū fuisse dicēs, sed ego
 ei respōdeō diuinas reuelatiōes ut plurimū in somnijs factas,
 sicut cum Iacob Gen. xxvij. Sicut cum Abimelech Pharaor
 ne & c. cum Ioseph uiro Mariæ & c. Nunc aut̄ textus hic clare
 loquit̄ uisionē aut somniū fuisse fide dignū, si ergo scriptura
 fide dignū recenset. Quare ergo quisq; Christianorū non cre
 deret. Ultra dicite etiā si hoc ita esset, fuisset nihilomin⁹ Onias
 figura Christi. Dicite ergo dñe doctor cuius figura fuerit Ihe
 remias, supra quem Onias indicauit. De ecclesia Petri cre
 dere recusat, historia francorū hoc ita credibiliter recenset,

Aa ij

COLLATIO XLIII.

& adhuc pro uero habet, illic ego manere sino. Optime scit Petrus noluisse deum esse, summus adorationis honor soli est deo exhibendus, sicut & angelus Iohanni dixit Apocal. xix. Sancti tamen adhuc uenerandi sunt, quauis illic attempta Iohannis sanctitate, quodque tam impense a Christo dilectus fuerat, admittere noluit ut sibi exhiberet honorem. Ultimo ad uerba Iacob. Et nomen meum inuocet super eos &c. adportat ualde peregrinum intellectum, dicens esse conditum seu naturam Hebraici sermonis. Nunquid haec est pulchra conditio scripturas sacras interpretandi, uerum dilacerandi, quid opus fuerat Iacob orare, ut duo illi pueri sui essent generis, prius enim sui generis erant, erantque filij sui filij Ioseph. Neque ullus est in toto orbe Hebraici non expers sermonis, qui eo modo id intelligat sicut doctor, quod autem intellectus eius perflare non possit, scripturis probo Num. vi. ibi de sacerdotibus deus dicit. Nomen meum inuocabunt super filios Israel, & ego benedicam eis ubi clarum est & lucidum hoc ad orationem pertinere. Sicque ad orationem & non ad genus tendunt uerba Iher. xiiij. Quod autem Esa. iij. inuocare aliter accipit, facit subiecta materia, quia ibi neque de deo sermo est, neque de oratione. Sic adhuc stat dictum orationis Moysi, Exo. xxij. firmum Moysen in oratione sua, creaturae non oblitum. Ex quibus omnibus aestimo manifestum quam efficaciter & potenter inuocatio & sanctorum intercessio, secundum ritum & usum ecclesiae in toto orbe obruta sit & probata, deo laus & omnibus electis sanctis.

D. OECOLAMPADIVS.

DEUS omnibus nobis concedat ueritatis cognitionem, Amen. Dilecti Christiani hodie audiuitis quam aspernantem sermones meos, & quam iactantem suos D. Eckius induxerit. Iam igitur peto beneuole audire dignemini meam fundamentalem & ueram excusationem. Principio ei similitudo displicuit, quum aliqui nequam pro inuicem rogant. Iuxtaque mentio facta est, cum nequam uiris nihil probari, qui me audiuerunt bene intellexerunt, neque me sanctis in uita, neque in morte iniuriam irrogasse. Nunc in
scripturis